

3014 [= 5307] Teate in camerarii praetorio BAR. Interierat iam a. 1750.

PRO · SALVTE  
IMP · MAXIMINI AVG · ET  
MAXIMI CAES  
TAVROBOLIVM · MO  
5 VIT · PETRONIVS · MA  
RCELLVS · SACERD  
DE · SVO

Accursius n. 4; Pedemontius apud Victorium f. 97 et Borghinium p. 45; Ciomboli sive Baroncini f. 22' (ed. apud Ravizzam p. 111); Stephanonius p. 13 (inde Gud. ms. 44, 2); cod. Paris. Dupuy 667 f. 123 eodemque exemplo cod. Barberin. 30, 182 p. 131 et p. 129 cum epistula data 7 Oct., in qua nominatur *il Sig. Lionardo*, scilicet Leonardus Augustinus; Camarra p. 218 qui vidit (e Camarra Reines. I, 220 a Graevio et ex schedis Langermanni; Spon. p. 200; Gud. ms. 797, 3 e Nicolino qui exscripsit Camarram; Mur. 130, 5 ab Al. Berti; Ravizza n. 15).

2 IMP·MAXI...AVG·ET Dupuy Barb., IMP·maximini AVG·ET Camarra suppletis litteris erasis ad lapidis vestigia; IMP·I...I·AVG·ET Steph., IMP...AVG·ET Bar. Camarra, IMP...ET Acc., ..... Ped. — 3 M...CAES Dupuy Barb., Maximini·CAES Camarra (ut supra), maximi CAES Bar., ...CAES Steph., ..... Acc. Ped. — 4 AVROBOLIVM Ped. Steph. Cam. — 5. 6 MA|RCELLVS Acc. Ped. Cam., MAR|CELLVS Bar. Dup. Barb.

3016 [= ad 5309] Principis inventutis mentio dicitur facta esse in lapide Teatino fracto ante quam descriptus est.

Camarra p. 88.

3017 [= 5310] litteris bonis, Teate rep. in fundamentis aedium Forcellae, extat in museo.

SER · ASIN  
CELERI

Descripsi ego, recognovit Dressel. Ravizza giunta n. 2.

Ser. Asinium Celerem consulem fuisse cum ... tonio Quintiliano secundo semestri a. 38 hodie constat, postquam locum Frontini de aquaeduct. c. 102 illustrarunt acta Arvalium eius anni.

3018 Chieti rep. presso la caserma di S. Donato.

IN HONOREM · DOMVS  
AVGVSTAE  
DVSMIA · M · F · NVMSILLA  
NOMINE SVO · ET · L · TREBI SECVNDI  
5 VIRI SVI · AQVAM · QVAE · A · C · ASINIO  
GALLO · PERDVCTA · INTERCIDERAT  
REPETITAM · A CAPITE · ADIECTA · STRVCTVRA  
SPECVS · ET · PVTEORVM · NOVIS · BRACCHIS  
AMPLIATAM · S P REDVXIT

Dressel descripsit.

C. Asinius Gallus omnino est Pollionis filius consul a. u. c. 748; nam filius eius Asinius Gallus (Dio 60, 27; Suetonius Claud. 13) vix Gaius fuit habens fratrem eiusdem praenominis C. Asinium Pollionem consulem a. 23. Illius nomen erasum in titulis Ephesino vol. III n. 6070 et Laudensi vol. V n. 6359, non offendit in hoc integrum legi utpote posito aliquanto post tempora Tiberiana.

3015 [= 5308] Teate apud praetorium camerarii Teatini BAR.; in curia EGO. Hodie in museo. — Antiquariae in Hispania MVR. errore.

CRIOBOLIVM · ET ·  
AEMOBOLIVM · MOVIT ·  
DE · SVO · PETRONIVS · MAR  
CELLVS · SACERDOS · VI KAL  
5 DEC · HHVIR · PRIMO · ET · IVSTO

Descripsi ego, recognovit Dressel. Accursius n. 4; Pedemontius apud Victorium f. 86 et Borghinium p. 44; Ciomboli sive Baroncini f. 20' (ed. apud Ravizzam p. 109); Stephanonius p. 13 (inde Don. 4, 10, qui non descripsit ipse, et Gud. ms. 44, 3, ed. ind. p. LXVII); cod. Paris. Dupuy 667 f. 123 eodemque exemplo codex Barb. 30, 182 p. 131 et p. 129; Camarra p. 219 (inde Reines. I, 221 a Graevio; Spon. p. 200 e Camarra; Gud. ms. 797, 2 e Nicolino, id est e Camarra); Mur. 374, 2 e schedis suis, id est ex Accursio, et a Camerinio (inde Hispani auctores Masdeu VI, 70, 154; Conde conv. Malac. II p. 75); Allegranza apud A. S. Mazochium ms. et Nov. Flor. 1754 p. 103; Ravizza n. 2. Orelli 2334.

Supra integra est.

3019 [= 5311] Teate post tribunam ecclesiae SS. Petri et Pauli, quae vergit versus aedes Vastavineorum forinsecus, in superiore limine cuiusdam portae lapideae, cuius vanum ipsa tribuna deinceps occupavit, legebatur dudum inscriptio pulchris characteribus exarata, quae postea (nempe a. d. 1611) a confratribus sanctissimi rosarii ad frontispicium ecclesiae eorum translata et in illustriore loco conspectui omnium posita est BARONC. Adhuc in muro ecclesiae SS. Petri et Pauli, qui murus est operis Romani.

M · VETTIVS · MARCELLVS · PROC · AVGVSTORVM  
ET · HELVIDIA · C · F · PRISCILLA · MARCELLI · S · P · F ·

Recognovit Dressel. Pedemontius apud Victorium f. 86' et Borghinium p. 44; Ciomboli sive Baroncini f. 29 (ed. apud Ravizzam p. 113); Camarra p. 67 (inde Spon. p. 199 e Camarra, Gud. ms. 797, 5 e Cam. per Nicolinum; Fabrett. 174, 336 e Camarra, Malvasia marm. Fels. p. 487 e schedis Vaticanis ut ait, sed sumpsit potius e Fabrettianis); Toppi bibl. Neap. p. 103; Allegranza Nov. Flor. 1754, 83 (inde Donat. 342, 9); *Giornale enciclopedico di Napoli* I (1808) p. 84; Ravizza n. 7.

Cf. Plinius h. n. 2, 83, 199: *non minus mirum ostentum et nostra cognovit aetas anno Neronis principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus, pratis olcisque intercedente publica via in contrarias sedes transgressis in agro Marrucino praediis Vetti Marcelli equitis Romani res Neronis procurantis. Idem repetitur 17, 25, 245, ubi dicitur Vettius Marcellus e primis equestris ordinis. Procurator Augustorum cum possit esse qui procurat Augusto et Augustae, fortasse item qui pluribus imperatoribus deinceps procuravit, ipsius Marcelli, cuius Plinius meminit, titulus esse potest.*

3020 [= 5309] Teate apud ecclesiam maiorem RED.; apud camerarii Teatini praetorium, quod cathedrali ecclesiae adhaeret una cum porticu plateam versus BARONC.; nel seggio della comunità STEPH. Desideratur.

CAISARE · AVG  
QVAESTORI  
MISERRIMA

Redianus codex f. 178; Accursius n. 3; Ciomboli sive Baroncini f. 20. 31 (ed. apud Ravizzam p. 108. 114; Allegranza Nov. Flor. 1754, 83 e ms. Sinib. Baroncini); Stephanonius f. 13 (inde Gud. ms. 44, 1, ed. 87, 1). A prioribus Ravizza n. 13.

Versus divisi ad Red. Acc. Bar. consentientes; hiatum hic significat. — 1 CAISARE Red. Acc., CAESARE reliqui. — 3 MISERRIMA Steph.

3021 [= 5312] Teate MVR. NOV. RAV.; est ibi in curia. — Aquilae in aed. Casale ANT.

D M S  
NAEVIAE s SEVERIANE  
CAELIVS TACITVS VET ·  
AVG N s COIVGI s DE  
5 SE BENE MERENTI

Recognovit Dressel. Mur. 832, 2 ab Io. Antonio de Sancta Anna; Antinori ms.; Allegranza Nov. Flor. 1754, 135 (inde Donat. 295, 2); Ravizza n. 3.

In fin. addunt v. 6 P·P Mur. Rav.; quae lapis licet hodie effractus non videtur habuisse.